



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 86. Responsio Basileensium ad Eugenii Papæ decretum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

**Secul. XV.** proponere intenderit, vel duntaxat tan-  
**A.C. 1439.** quam doctrinam piam. Et quod ulti-  
 mum etiam vero similius esse videtur:  
 cum Concilii Tridentini Patres de hac  
 quæstione nihil definiendum censuerint.  
 Hac quoque mente omnes Doctores, &  
 Parisiensis Facultatis Baccalaureos coram  
 tota facultate sacramento ad defenden-  
 dam immaculatam Virginis conceptionem  
 se obstringere existimo, Decano sic  
 interrogante: *Jurabitis, quod tenebitis de-*  
*terminationem Facultatis de Conceptione*  
*Immaculatae Virginis Mariæ, scilicet, quod*  
*in sua Conceptione præservata fuit ab origi-*  
*nali labe:* Respondetque Doctor aut Bac-  
 calaureus, *Juro.*

## §. LXXXVI.

*Responsio Basileensium ad Eugenii*  
*Papæ decretum.*

*Conc. gen.*  
*Labb. to. 12.*  
*in epist. Sy-*  
*nod. n. 15.*  
*p. 765.*

Porro nec ad acerbum Eugenii Papæ  
 decretum obmutescabant Basileenses,  
 sed apologia contra illud, quod itidem  
 non nisi invectivam appellabant, adom-  
 ta ostendere nitebantur, propositiones  
 se definitas esse veras, ac jure Eugenium  
 Papam, quem identidem nonnisi Gabrie-  
 lem vocabant, exauktoratum. Cumque  
 Eugenius ad enervandam Constantienis  
 Concilii auctoritatem eisdem exprobras-  
 set, quod illius decreta de Superiori-

tate Concilii, per unam tantum ex tribus Sæcul. XV.  
obedientiis post recessum Joannis XXIII. A.C. 1439.

Constantiæ tunc schismate vigente condita  
fuerint, ipsi hæc consutare aggressi, Eu-  
genio objectant, quod subdolis tantum  
artibus Græcos Ferrariam pellegerit. In-  
super Basileensium nonnulli Eugenii de-  
cretum velut hæreticum condemnан-  
dum esse conclamabant: Unde nova in-  
ter illos iurgia, acresque admodum alter-  
cationes exortæ, quarum tamen ardorem  
Joannes Segoviensis opportune sedavit,  
demonstrans, summi Pontificis decretum  
hæresis insimulare, rem esse majoris lon-  
ge periculi, quam sibi persuaderent, Ma-  
xima, inquiebat ille, est multitudo eorum, art. 97. tom.  
qui Eugenium ut Pontificem colunt, neque 13. Conc. 1575  
assentient ejus depositioni. In Congregatio-  
ne illa Florentina adfuerunt Cardinales  
omnes, magnaque Prælatorum multitudo,  
cum fuit editum Decretum: Omnes igitur  
damnari, atque hæreticos censi oportet,  
si ejus Sessionis decreta hæretica censeantur:  
periculoseumque nimis, si duæ futuræ obe-  
dientiæ, Eugenii scilicet, & novi Ponti-  
ficis hæresim sibi invicem objiciunt. Ergo  
hujus negotii decisionem quietiori tem-  
pori reservandam censuerunt, necquid-  
quam oblectante Cardinale Arelatensi.  
Hæc itaque sunt, quæ in Congregatione  
Generali die septima Octobris agitata, &  
in proxima Sessione confirmata fuere.

L 1 3      Joannes

*Acta Patricij*

*qui Eugenium ut Pontificem colunt, neque 13. Conc. 1575*

**Sæcul. XV.** Joannes de Turrecremata Basileensium  
A. C. 1439. apologiam confutat, potissimum tamen sermonis ejusdem scopus ad Pontificis auctoritatem supra Concilia extollendam collimat, Romanumque Pontificem multis in casibus Concilium dissolvere, aut transferre posse pluribus comprobant argumentis (\*).

## §. LXXXVII.

*Imperatoris postulata ad Basileensem  
de electione alterius Papæ differenda.*

**E**odem mense Octobri nonnulli Præfati ex vicinis Provinciis, præcipue ex Sabaudia Basileam venerunt, scilicet Archiepiscopus Tarentasiensis, Episcopus Bellicensis, & alii. Imperator datus ad Basileenses literis pariter in eos invehebatur, quod suas, aliorumque Principum preces & protestationes spreverint, & contra eorum voluntatem Eugenio resisterint, eumque etiam exauktorare presumperint: simul vero, ut ab alterius Papæ electione abstinerent, eos adhortabatur, se enim proxime suos missurum

Lcgatos

(\*) Quam justum sit Continuatoris judicium de prolixa Joannis de Turrecremata refutatione pronuntiatum, ex sola illius lectione aeculum patebit.